



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Impressio amorosa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO

XXVIII.

AMOR DEI,

Impressio amorosa.

SI quis absque medio, & obstaculo sistat se Soli, lucidus planeta largiter ei radium suae lucis fundit, & imprimit. Idem evincit anima; qua humilitate, & reverentia, & cum affectu consideratione se ante Deum constituit; subito Divinus amator amorem ei summam suam Bonitatis infundit. hic est modus accendendi cor nostrum Sancto, & non amore.

Ecce me, summe Deus constituo me coram te considerando magnitudinem tuam, pulchritudinem dulcedinem tuam. Quid superest, nisi arripere mihi amorem tuum, cum viva quadam compuncta Bonitatis tuae, cumque inima ac totali quadam inclinatione ad te, ultimum finem meorum Domine, quando pertingam ad complementum desideriorum meorum.

Nihil praeter te, Amor: dicebat S. Ignatius. Non volo, non desidero, non cupio aliud extra te, o Deus. Amor. Quærant alij quod volent, divitias & honorem, ego aliud non dicam, quam *Nihil praeter te*, & cetera. Currant alij avidi ac fameliter ad sceptrum, & imperium mundi, ego repetam semper id ipsum, *Nihil praeter te*. Amor. Aliud non volo, quam amorem, & vultum amorem. O cœlestis impressio, quando cor nostrum te dignum erit, impressum à te, immensum in te, ne sentiat aliud quam te!

